



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cvrsvs Theologici ...**

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Dispvatio XLVIII. De profundißimo sacro-sanctæ Trinitatis mysterio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**



VIII. *Nolla in infinitis indivisibus seu speciebus possibilibus apparet implicancia.*

IX. *Dei potentia est verè & propriè Omnipotentia.*

Ratio denique est: quæ enim vel apparens implicancia, cur alius mundus, hoc perfectior sit possibilis, & illo dato, cur alius eo etiam perfectior dari nequeat, & illo alius: ubi enim cum ullâ probabilitate hæc sistet argumentatio; maxime cum Deus sit infinite participabilis, & quæcunque datur creatura, imperfecta tantum sit illius similitudo & participatio.

Hinc tandem infero hanc Dei potentiam, esse Omnipotentiam, utpote quæ ad illud omne extenditur, quod in se non involvit duo contradictoria, adeoque sicut producendorum, seu possibilitium nullus est numerus, ita nec ullus est terminus in virtute eorum productrice. Deinde passim Deus in Scripturâ vocatur Omnipotens: Sic Genesis 17. vers. 1. dicitur, *Ego Deus omnipotens.* Item Exodi 15. vers. 3. *Domine quasi vir pugnator, Omnipotens nomen estus.* Idemque habetur in Symbolo Apostolorum, Niceno, & Athanasii, estque hæc veritas non semel ab Ecclesiâ definita.

Disputant hæc aliqui, darine possit creatura perfectissima. Sed hanc quæstionem latè discussi Disput. 46. phys. sect. 7. & 8. ubi eam ostendi dari non posse. Disputant alii unde sumenda sit radix possibilitatis creaturarum: quod perindo est, ac utrum Deus dicat ordinem transcendentem ad creaturas: quam etiam quæstionem fusè tractavi in Physicis, Disp. sextâ.

Denique circa id quod hic quæri solet, an scilicet efficere possit Deus, ut præterita non fuerint. Respondetur cum S. Thoma hic, quæst. 25. art. 4. non posse: ubi id ex S. Hieronymo, S. Augustino, & Aristotele declarat. Ratio est quam ibidem assignat S. Doctor; ex hypothesi enim quoddam res sit, implicat contradictionem eam non esse; cum ergo hypothesis præteritionis rei sit jam posita, planè impossibile est efficere, ut non sit posita, seu ut res non præterierit, ut per se videtur manifestum.

## DISPUTATIO XLVIII.

### De profundissimo Sacro-sanctæ Trinitatis Mysterio.

**A**LTIUS hic erigendus est animus, divinûsque Sol, infirmis intellectus nostri oculis, quantum mortalibus fas est, luce tamen, quam ipse ad sui cognitionem in Scripturis, Conciliis, ac Patribus cælitus edoctus, nobis subministravit, intuendus. Ad tam immensum quippe splendorem, & radios, cæcutimus omnes, nec tanti sublimitatem mysterii ac majestatem capere valeamus. Unde dum quidam propriis sensibus hoc penetrare, ac suis metiri captivunculis tentarunt, rursus lapsi, in fœdissimos inciderunt errores, & inconsultæ temeritatis gravissimas pœnas dederunt; suoque malo didicerunt, oppressum iri à gloriâ eos, qui scrutatores sunt Majestatis: de quibus suis plura locis dicentur.

Id verò in hac materiâ cura imprimis esse debet, non modo ut sanè quis, & ad orthodoxæ Fidei regulas conformiter sentiat, sed ut cautè etiam loquatur, nec sensa tantum, sed dicta sua omnia ad Ecclesiæ normam, loquendi modum, exploret; nullibi quippe magis quàm hic tenet verissimum illud Divi Hieronymi dictum: Ex verbis inordinate prolatis incidunt hæresis. Ad quam rem appositè S. Augustinus lib. 10. de Civit. cap. 23. Philothophis, inquit, liberum est, quibus voluerint uti verbis, nobis autem ad certam regulam loqui fas est. Nunc rem ipsam aggrediamur.

#### SECTIO PRIMA.

Voces nonnullæ, ad hujus intelligentiam mysterii necessarie, explicantur: præcipuè Trinitas & Persona.

I. *Quid Trinitatis nomen significatur.*

**T**RINITAS explicanda occurrit vox TRINITAS, ab Ecclesiâ, passim usurpata, & huic mysterio applicata: per eam verò tres Personas, & unam simplicissimam Essentiâ, seu naturam in Deo esse denotat, ab omnibus

tribus Personis æqualiter per identitatem possessam.

Impiè ergo Lutherus huic versiculum è Litaniis, sacrisque à majoribus institutis precibus expunxit, *Sancta Trinitas unus Deus miserere nobis*: non vocem magis, quàm rem ipsam fortassis averlatus. Nec refert hoc verbum *Trinitas* in divinis literis non reperiri; id enim aliis vocibus, ut *Incarnatio*, *Transsubstantiatio* &c. contigit, in quibus cum res significata, in Scripturâ contineatur, Ecclesiæque à sponso suo Christo per revelationem sit tradita, penes ipsam fuit, vocem quâ hoc conciperent, & de eo loquerentur fideles, instituire, & rem mundo novam novo verbo exprimere.

Quamvis



SECTIO SECUNDA.

Aliæ quædam voces declarantur, maxime *Vsa*, *Essentia*, & *Hypostasis*.

**T**ERTIA particula hæc explicanda est *δυσία*, quæ apud Græcos idem significat, quod *natura*, seu *quidditas* apud Latinos. Unde propterea Filius in divinis Patri dicebatur *ἰσοοσιος*, quod eandem cum eo haberet naturam.

Essentia est primus ejusque rei conceptus: ab hac in eo differt Natura, quod dicitur ordinem ad operationes; unde dicitur *Natura*, quasi *nascitur*. Hinc Aristoteles lib. 2. *Physicorum* *Naturam* definit *Principium motus & quietis*, quod operationem, seu productionem denotat.

*Hypostasis*, si vim vocis, & etymologiam spectes, & substantiam significat, & subsistentiam: unde apud Patres olim magna fuit circa illius usum controversia; alii enim admittendam, alii penitus rejiciendam existimabant. Hinc S. Hieronymus ad S. Damasum, Romanum Pontificem, tanquam judicem controversiarum, super hac re scribit, ejusque sententiam & judicium requirit his verbis: *Obtestor*, inquit, *Beatitudinem tuam per Crucifixum, mundi salutem, per Homosonson Trinitatem, ut mihi epistolis tuis, sive tacendarum, sive dicendarum Hypostasicon detur auctoritas*.

Imò olim in Ecclesiâ inter Orthodoxos libera fuit illius vocis acceptio, & nonnulli ex Sanctis Patribus tres, alii non tres, sed unam tantum in Deo *Hypostasin* esse asserbant. Multis tamen ab hinc annis, nempe post Concilium Chalcedonense & Ephesinum, omnis hæc de re sublata est in Ecclesiâ controversia: Unde usus jam obtinuit ut per *Hypostasin* aliud non intelligatur, quam *Persona*, seu suppositum substantiale nature intelligentis; sicque indubitatum modò est, propriissimè in Deo reperiri tres *Hypostasas*.

*Subsistentia*, ut observat S. Thomas hic q. 29. art. 2. in Corpore, & ad secundum, apud Latinos idem significabat olim, quod *Hypostasis*: nunc autem abstractivè sumitur, pro ultimo scilicet termino, seu complemento substantiæ, ita ut unâ cum substantiâ constituat Personam.

*Suppositum* duobus modis sumi solet: nonnunquam enim accipitur pro *subsistentiâ*: plerumque tamen usurpatur pro toto, seu composito ex natura & subsistentiâ. Latini autem patet vox *suppositum*, quam *Persona*: *suppositum* siquidem significat quodvis compositum ex natura & subsistentiâ, sive natura illa sit rationalis, sive irrationalis; nec enim Angelus tantum & homo, sed equus, leo, lapis, & alia irrationalia, & inanimata sunt *supposita*, sive *sona*, non tamen *Personæ*; *Persona* siquidem, ut diximus, soli competit composito ex subsistentiâ & natura rationali, Angelo nimirum & homini, atque etiam Deo, quamvis Deus propriè non sit compositum, cum personalitas in eo à natura non distinguatur.

Tandem circa vocem *substantia* observandum: licet, ut notat S. Thomas hic, q. 29. art. 2. Corpore, bisariam olim sumeretur, pro quidditate scilicet rei, & etiam pro subsistentiâ, quo sensu Sanctus Hilarius lib. de Synodis asserit, in Deo non male dici tres *substantias*: & S. Augustinus lib. 7. de Trin. cap. 4. *Dicitur est à nostris Græcis*, inquit, *una essentia, tres substantiæ*: nunc tamen priori tantum modo accipitur, pro eo nimirum, quod constituit

I. *ὄνεια* Græci idem est, ac natura seu quidditas Latini.

II. *Essentia* & natura quomodo inter se differant.

III. *Particula* *Hypostasis* variis olim fuit apud Patres usus.

IV. *Hypostasis* jam idem significat, quod *Persona*.

V. *Subsistentia* abstractivè sumitur, quam *Hypostasis*.

VI. *Quis* vocis *suppositi* apud Latinos sit usus.

Latini patet *suppositum*, quam *Persona*.

VII. *Quid* modò apud Scholasticos significet *Substantia*.

III. *Deus trinitus* sive *Personis* dicitur, non *triplex*.

IV. *Quidam* denotet *voce* *Persona*.

V. *Error* *Valla* circa notionem *Persona*.

VI. *Speciandum* est, ad quid nomen aliquod significandum, sit impositum.

VII. *Hæc* *Persona* *abstractio*, anima separata non est *quævis*.

VIII. *Deitas* non est *Persona*, quia non est *incommunicabilis*.

*Vox* *substantia* *clarior* est, quam *existentia*.





rem proprie dictam, tanquam primus illius conceptus. Unde in divinis una tantum dicitur esse substantia, seu tres Personae unius substantiae. Hinc S. Thomas I. p. q. 30. a. 1. ad primum sic habet: Nos non consuevimus dicere tres substantias; ne intelligerentur tres essentiae, propter nominis aquivocationem.

S. etiam Augustinus, lib. 5. de Trin. cap. 9. ait: Quia nostra loquendi consuetudo jam obtinuit, ut hoc intelligatur, cum dicimus essentiam, quod intelligimus, cum dicimus substantiam, non audemus dicere, unam essentiam, tres substantias. Haec ille.

# DISPUTATIO II.

## De numero, & Deitate Divinarum Personarum.

### SECTIO PRIMA.

#### Sintne plures in Deitate Personae.

I. Varii doctorum circa Personarum numerum errores.

**V**ERITAS una, via errandi infinita. Mirum est quot circa Personarum numerum extiterint errores, in quot, inquam, scopulos in immenso hoc pelago varii incaute impigerint, quos operae-premium erit hic referre & retellere, ut inde mylterii hujus veritas clarius illucescat.

II. Iudaei Deum, non ut trinum, sed tantum ut unum colebant.

Mitto vero hic Judaeos, qui Deum passim, non ut in Personis trinum, sed ut unicum tantum colebant; paucissimis autem inter eos pluralitas Personarum innotuit, nec ferè nisi Prophetis, iisque quibus ob vitae sanctimoniam, singularis hac de re è caelo lux est oborta.

III. Praxeas, Noëti, Sabellii, & Hermogenis circa Trinitatem error.

Hic ergo negotium nobis praecipue erit cum haereticis, qui varii variis temporibus emergentes, huic se mysterio opposuerunt. Praxeas ergo, Noëti, Sabellius, & Hermogenes, à quibus tanquam sectae auctoribus, dicti sunt eorum sequaces Praxeani, Noëtiani, Sabelliani, & Hermogeniani: hi, inquam, Trinitatem Personarum in unam planè confundebant, sicque Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, eandem omnino esse Personam dicitabant: Sabellius verò peculiariter esse tantum tria diversa nomina ejusdem Personae. Praxeas itaque & Sabellius Patrem Omnipotentem dicebant esse Jesum Christum, & pro nobis crucifixum & passum: à quibus proinde Patripassiana haeresis duxit originem.

IV. Montanista etiam aliqui in eodem fuerunt errore.

In hoc etiam errore negantium Trinitatem fuerunt nonnulli Montanista, qui, ut ait S. Hieronymus: Trinitatem in unius persona angustias cogebant. Montanus tamen ipse, licet in aliis erraverit, circa Trinitatem tamen nihil ab Ecclesia Catholica diversum sensisse videtur. Idem tenuisse videtur Paulus Samosatenus Episcopus, Photinus Sirmien-sis Episcopus, & alii. Quam haeresim dudum jam sepultam, ab inferis denuo suscitavit Michael quidam Servetus natione Hispanus, eà de causa Genevae anno 1555. instigante Calvino, publice combustus, ut refert Tannerus hic, q. 1. dub. 3.

V. Secundus error, eorum est, qui Trinitatem oppugnant in dicit.

Hi directè Trinitatem impugnant: alii verò idem praestiterunt indirectè, nunc scilicet hujus, nunc illius Personae divinitatem negantes: & in hoc prioribus erant oppositi, quòd Sabellius & alii supra positi, ut vidimus, in divinis confunderent Personas, unicam nimirum statuentes, hi verò dividebant substantias, & ita tres asserabant esse in Trinitate Personas, ut tres pariter ibidem

ponerent essentias.

Praecipuus hac in re fuit Arius, Presbyter Alexandrinus, qui Filium non ejusdem cum Patre substantiae esse dicebat, sed creaturam; & tantumdem asserbat de Spiritu Sancto. Idem de Filio & Spiritu Sancto docebat Eunomius; & de Spiritu Sancto Macedonius Episcopus Constantinopolitanus, quem ajebat, non verum, sed peregrinum, & adscriptitium Deum esse. Pulchrè verò hanc Arianorum haeresim describit S. Augustinus tom. 6. lib. de Heresibus, haeresi 49. Nolunt, inquit, Ariani Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum esse unius ejusdemque substantiae, seu essentiae, sed esse Filium creaturam, Spiritum verò Sanctum creaturam creaturam, hoc est, ab ipso Filio creatum volunt; in eo autem quòd Christum sine anima solam carnem suscepisse arbitrantur, minus noti sunt, sed hoc verum esse, & Epiphanius non tacuit, & ego ex eorum quibusdam scriptis, & colloquutionibus certissime comperi. Haec S. Augustinus.

Hanc Arii haeresim hoc nostro saeculo renovavit Valentinus Gentilis Italus, qui cum cam Genevae recantasset, in eandem tamen postea relapsus, eà de causa Bernae capite plexus est. Ab hoc originem duxit nova secta Trinitariorum, qui Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, inter se non esse aequales asserbant, sed Patrem ceteris longè excellentiorem: Unde ab iisdem Pater dicebatur essentiatior, alii duo essentiatii: quæ fusiùs prosequitur Bellarminus tom. 1. controv. 2. libro primo, cap. primo.

De eadem haeresi contra Trinitatem, merito suspecti sunt nostri temporis Sectarii, qui quamvis expressis verbis hoc non asserant, ea tamen dicunt, quæ indirectè eò tendere videntur, ut Filium in naturà Patri inferiorem esse ostendant. Imò Lutherus hoc directè affirmare videtur, dum & vocem *υποθετοις* rejicit, & hunc versiculum Sancta Trinitas unus Deus miserere nobis, ut Disp. precedente sect. 1. num. 2. vidimus, ex Ecclesiae precibus expunxit.

His ut in aliis plerisque, ita & in hoc facem praetulit Erasmus, qui errorem hunc Arianorum ait non esse haeresim, sed tantum schisma. Deinde verba illa Christi Joan. 10. v. 30. Ego & Pater unum sumus, non de unitate naturae, sed de concordia voluntatis, cum Arianis explicat. Praeterea in praefatione ad libros Hilarii. Audemus, inquit, Spiritum Sanctum DEVM appellare; quod veteres non sunt ausi: & alia hujusmodi, quæ arguunt hominem profanum, quicquid fenserit, parum cautè & catholicè esse locutum. Plura hujuscemodii Erasmi dicta refert Valentia hic, disp. 2. q. 1. p. 1. §. 9. & alii.

Contra